



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

Liber IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

LIBER NONUS.

TITULUS I.

De Modis Vacandi & amittendi Beneficia in genere.

SUMMARI A.

- | | |
|---|---|
| 1. <i>Continuatio.</i> | <i>veniunt vacationis verbo.</i> |
| 2. <i>Quod Beneficium dicitur vacare.</i> | 6. <i>Quæ exprimenda in Gratia de vacante Beneficio.</i> |
| 3. <i>Etiã ea quæ Pastore destituta.</i> | 7. <i>Uno vacationis modo expresso, non veniunt alii.</i> |
| 4. <i>Quibus modis hoc contingit.</i> | 8. <i>Exceptiones.</i> |
| 5. <i>Omnes vacandi modi</i> | |

Tractaturi sumus hoc libro de Beneficiorum amissione & Vacatione. 1

Beneficium Vacare dicitur, quod à nemine possidetur seu occupatur. ut not. in Rubr. de concess. præbendæ vel Eccles. non vacant. juncto c. 2. eod. Gloss. ad c. unic. ad verb. vacantium. Ne Sede Vacante in Extrav. com.

Ut hereditas vacans, quæ jacet à nullo adita: l. 2. ff. de crim. expil. hereditaria. 68. ff. de furt. Et bona vacantia, quæ à nemine, saltem jure, possidentur: eod. tit. Cod. de bonis vacant. Vacans mulier,

[Q99] 2 quæ

quæ nupta non est, & à nemine jure possessa. l. qui casu. §. §. qui vacantem. ff. ad leg. Jul. de vi publ.

3 *Vacantia* ergò Beneficia non tantum dicuntur, quæ de novo creata sunt, à nullo possessa antea, quibus nondum provisum de Prepositis; Clem. fin. de rescript. sed & ea, quæ post collationem Pastorem destituta. Privatio enim præsupponit habitum. c. ad dissolvendum. de despons. impub. l. Julianus. 4. ff. de divort. l. decem. 116. ff. de verb. obligat.

4 Contingit hoc variis multisque modis: quos produunt Rebuffus in praxi. tit. requisita ad Collationem bonam à num. 49. & in Concordat. tit. de Regia ad Prælat. Nominat. §. monasteriis. verb. vacantibus. & in repet. cap. nulla. 2. de concess. præbend. 6. præmissis. Corrasius, de benefic. part. 1. cap. 8. Staphilus, de liter. gratia. tit. de variis modis vacationum, aliique.

Vacant enim Beneficia aliquando *de jure* & *de facto*; aliquando *de jure*, & *non de facto*; aliquando *de facto*, & *non de jure*. Mandos. cons. 4. à num. 20. Gonzal. ad Cancell. reg. mensum. Gloss. 15. §. 1. num. 2.

5 Omnes autem vacandi modi, Vacationis veniunt verbo; præsertim ubi eadem est ratio. Gloss. in c. si propter. verb. vacabunt. de rescript. l. in c. quia sape. de præbend. in 6. verb. vacat. & in c. enpientes. in princ. verb. vacationibus. de elect. in 6. & ibi Monach. Archidiacon. & Franc. numer. 2. licet simpliciter prolato; etiam in materia penali: Franc. d. loco, Staphyl. d. tit. num. 6. Felin. in c. in nostra. num. 7. de rescript. Selva de benefic. part. 3. quest. 12. num. 21. aliique allegati per Garciam de benefic. part. 11. cap. 1. num. 4.

6 In gratia tamen de vacante Beneficio de stylo necesse exprimi vacandi modum, & ex qua persona, nisi impetretur modo certo, ut per devolutionem. Garcias d. loco, num. 7.

7 Sed uno vacationis modo expressio, non veniunt alii. c. susceptio. de rescript. in 6. & ibi Dd. Corras. d. cap. 8. num. 2. Selva d. loco, Sanchez in reg. de Impetrand. benefic. per obitum familiar. Cardin.

8 Habet tamen hæc regula suas exceptiones, I. Nempè: Non procedere, stante opinione communi vacare beneficium uno modo: Nam quamvis revera vacet alio modo, tamen illa communis opinio excusat impe-

Corvinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

GO IV

32

impetrandem, modo sit unicus : *Garcias d. loc. num. 10. post Felin. in c. in nostra. de rescript. can. 37. Selvam d. loco. II. Si aliud appareat non de Impetrantis opinione ; ut voluit Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 201. num. 105. Mandos. reg. 30. qu. 7. num. 22. & alii ; sed Mandantis ; scilicet Papæ d. c. susceptum. Papaz. in addit. decis. 1. de rescript. in nov. num. 4. III. Si facta acceptatio : Felin. & Selva d. loc. Franc. ad d. c. susceptum num. 12. Menoch. d. loco. num. 106. IV. Si exprimat certus vacationis modus cum clausula , vel alio quovis modo. *Garcias d. loco. 21. fusè.**

Vacationis autem modi precipui sunt sex : Beneficiati 1. *Mors.* 2. *Renunciatio.* 3. *Promotio ad aliud Beneficium incompatible.* 4. *Matrimonium.* 5. *Religionis ingressus.* 6. *Privatio. Videndum de singulis.*

TITULUS II.

De Vacatione per mortem.

SUMMARI A.

- | | |
|--|---|
| 1. Beneficia vacant per Mortem Beneficiatorum : | 4. Cum in Ecclesia Prebendarum numerus non definitus. |
| Quare ? | |
| 2. Ut taliter vacantium procedat Collatio, quæ necessaria. | 5. Cum Beneficium est de mensa. |
| 3. Per mortem non vacat Beneficium, cum suppressum. | 6. Quæ hic auctoritas Ordinarii ante Concilium Tridentinum. |
| | 7. Quæ hodierna. |



Um Beneficarii rerum Ecclesiasticarum non habeant proprietatem ac dominium ; sed tantum usum aut usumfructum ; ut diximus supra lib. 1. tit. 4. consequens est Beneficia non transire ad heredes, s. finitur. *Inst. de usufr.* Itaque

que dicuntur. *Beneficiariis mortuis vacare*; ut conferri possint alia
c. susceptum. 6. d. rescript. in 6. c. 3. de concess. prebend. in 6.

2 Sed ut Collatio tum sit efficax, duo imprimis sunt necessaria:
Primum: Ut Beneficiarius tempore Collationis sit fato functus: Si
 enim quis vivi adhuc & superstitis Beneficium impetraverit, nē secun-
 da quidem Collatio, postea eo mortuo facta, valebit. *Alterum est*:
 Quod tantum effluxerit temporis à Beneficarii morte, ut verisimiliter
 de ea certior potuerit fieri Pontifex. Eaque de re duo Pontifici ca-
 nones vulgares & omnibus noti leguntur. *Duar. de benefic. lib. 7.*

cap. 1.

Quod autem diximus mortuo Beneficario vacare Beneficium,
 id non est perpetuum, sed quosdam habet exceptiones.

3 1. Cum Beneficium est suppressum ab habente potestatem; &
cum accessissent. de constit. ubi Dd. vel unitum accessorie. Gonzalez ad
reg. mensium. Gloss. 15. à num. 3.

4 2. Cum in Ecclesia aliqua non est certus & definitus Canoni-
 corum & Præbendarum numerus. Tunc enim uno ex Canonicis mor-
 tuo, non continuè dicitur vacare Beneficium; ut in ejus locum succi-
 diatur alius. *c. ex parte. de concess. prebend. c. d. lecto. de prebend. & ibi Dd.*
Gonzalez. d. loc. Gloss. 9. §. 13. Duar. d. loco. Garcias de benefic. part. 10.
cap. 2. num. fin.

5 3. Cum Beneficium est de mensa Prælati, Dignitatis seu Capituli:
 nempe quod est unitum eorum mensæ, seu quoad spiritalia &
 temporalia. Nam hujusmodi beneficia non possunt vacare per mor-
 tem Clericorum illis inservientium, quibus illorum fructus quandoque
 conceduntur; cum Illi non sint proprii Rectores seu Beneficarii, sed
 veluti Usufructuarii; & sic eis mortuis, ad instar usufructus, con-
 dantur mensæ.

6 Accedit quod ordinari, ante Concilium Tridentinum ad quos-
 modi beneficia regenda, poterant tantum constituere Vicarios ad tem-
 pus; non in perpetuum; nisi essent curata. *c. extirpanda. §. qui verò. de*
prebend. Gloss. in Clem. 1. de rescript. verb. haberent. & Clem. 1. verb. de
mensa. de supplend. neglig. Prælat. & Clem. 1. §. quidam etiam. verb. ad
mensam de excess. Prælat. & ibi Dd. Quæ adjunctio faciebat, ut Be-
nefici-

Corvinus
 De Personis
 et Benefic. Ecclesiast.

G IV

32

beneficium, cui proprius alioqui praeficiebatur Gubernator, intelligere-
tur esse pars Episcopii : *d. Clem. 1. de excessib. Pralat.*

Posiunt hodie post Concilium Tridentinum *sess. 7. de reformat. 7*
cap. 7. Ordinarii deputare Vicarios perpetuos in beneficiis curatis uni-
tis, omnibus appellationibus, privilegiis, exceptionibus, &c. non ob-
stantibus; nisi aliter videatur expedire : *Navar. cons. 9. de praebend.*
num. 9. Flores. de Mena, quest. 10. num. 39. Sac. Congregat. ad d. Con-
cil. loc.

TITULUS III.

De Vacatione per Renuntiationem.

SUMMARI A.

1. *Vacat Beneficium per 4. Renunciari quomodo*
Renuntiationem. debeat.
2. *Cujus auctoritate ea fie-* 5. *Renuntiationis quis*
ri debeat. effectus.
3. *Beneficio suo quis rectè* 6. *Quid ad illum necessa-*
renunciet. rium.

Vacat etiam Beneficium per Beneficarii spontaneam Renun-
ciationem, ejurationem appellat. *Duarenus de benefic. lib.*
8. cap. 2. alii, sed malè, Resignationem.

Fieri potest accedente *Antistitis Superioris consensu*
atque auctoritate; Nec enim licet, venia non impetratà, alicui Eccle-
siam sibi commissam deserere. *c. admonet. de renunciat. can. suggestum. 1.*
qu. 1. Nec non accedente consensu Patroni, si Ecclesia agnoscat Pa-
tronum. *Panorm. in c. significatum. 11. de praebend.*

Renuntiare Beneficio suo quisquis adultus potest, iusta probabi-
lique causa ductus; nec refert, sanus an infirmus sit, adeò ut instet
mors.

mors. c. pen. eod. etiam Reus criminis, licet jam damnatus, modo appellaverit: c. qui à latronibus. de testam. impubes non potest. c. si numerum. de judic. in 6. Duaren. d. loco.

4 Renunciari debet apud Superiorem, vel ab ipso Beneficiario presente, vel ejus Procuratore; mandatum ad id habente sponte: c. se per. de renunt. purè & simpliciter absque conditione ulla: c. cum pre. dem. c. ult. de pact. Gloss. in c. ex parte. de offic. deleg.

5 Ejurato Beneficio & alii collato omne jus in novum Beneficium transit, nec priore, qui renunciavit, vitâ functo vacare Beneficium dicitur.

6 Quod tamen intelligendum ita, si huic novæ collationi posterior consenserit. c. si tibi absenti: de prebend. in 6. Nam eo non accipiente, Renuncians pristinum jus retinet: nec nova collatione operatur.

Cætera ad hunc vacandi modum pertinentia fufius tractavimus in tractatu nostro de personis Ecclesiasticis lib. 1. tit. 13. Ubi & egimus titulo 15. de Beneficiorum permutatione.

TITULUS IV.

De Vacatione unius per Promotionem ad aliud incompatible.

SUMMARI A.

1. Unus Beneficia plura obtinere non potest, & Cur.
2. Quod & Conciliorum canonibus statutum: Et quorum.
3. Quare.
4. Qua pena, contra eos violantes statuta.
5. Distinguenda hic tempora.
6. Quid servatum ante Concilium Lateranense sub Alexandro III.

Corvinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.
32

7. *Quid statutum in Concilio.*
8. *Quid in Concilio Lateranensi habito sub Innocentio III.*
9. *Quid in Extravagante, Execrabilis. Joannis XXII.*
10. *Cessat, si dispensatum.*
11. *Si beneficia sint uniformia licet incompatibilia.*
12. *Secundum Dd. qua illa.*
13. *Dicta doctrina non procedit in jure ad beneficium.*
14. *Nec cum jam Beneficiatus accipit Beneficium in alia Diocesi & requirens residentiam.*
15. *Decretum Concilii Tridentini circa hac.*
16. *Cui non adversatur aliud. Eiusdem Concilii decretum.*
17. *An per illud intro-*
- ducitur vacatio ipso jure.*
18. *Ad introducendam vacationem qua requirantur.*
19. *Provisio de Beneficio incompatibili, in quo intrusus alius non inducit vacationem primi.*
20. *Quid dicendum de proviso à Papa.*
21. *Possessio beneficii secundi, ut vacet primum, non debet esse litigiosa.*
22. *Ne quidem quoad fructus.*
23. *Plura habenti Beneficia incompatibilia si conferatur aliud, ad epta ejus possessione vacent omnia prima.*
24. *Incompatibilia, ut sunt Dignitates dua, ita Canonatus vel Beneficia Uniformia sub eodem tecto.*
25. *Nec quis habere potest*
[Rit] *in ea.*

- in eadem Ecclesia duas prebendas.
26. Nec duas Capellanas.
27. Nec duo altaria in titulum.
28. Non sunt incompatibilia Beneficia difformia.
29. In eadem Ecclesia an quis possit esse triplex.
30. Circa beneficiorum simplicium compatibilitatem vel non distinguendum. Quomodo.
31. Est hic difficultas sed qualis.
32. Quale hic Concilii Tridentini decretum.
33. An habenti unum beneficium insufficiens, possint conferri alia, que ad sustentationem sufficientem.
34. Dictum Decretum usum non est receptum.
35. Dispensationi in Beneficiis locus.
36. In quibus dispensat Papa.
37. In quibus Episcopus olim & hodie.
38. Dispensationes dantes & petentes an tuiusmodi apud Deum.
39. Opinio Duareni.

IN libro præcedenti diximus, Beneficium residere debere in Beneficio, jam cum nemo in duobus locis simul residere possit, sequitur, Neminem plura beneficia obtinere debere.

2 Quod & Conciliorum canonibus est constitutum. In Synodo VII. que dicitur Nicæna II. & in Concilio Chalcedonensi definitum: Nè quis in duarum Civitatum Ecclesiis conferberetur Clericus: *can. Clericus. 1. can. Clericum. 2. 1. qu. 1.* In Synodo Tolerana: Nè plures Ecclesiæ committerentur uni: *can. 3. unio §. sed & hoc. 10. quæst. 3.* Quæ postmodum per plurima Pontificum rescripta fuit approbata: 11. 118

CORVINUS
De Personis
et Benefic. Ecclesiæ

G IV
32

ut in c. quia in tantum. 5. c. referente. 7. c. ad hęc. 13. cum duob. seqq. c. de multa. 28. de prebend. c. 3. de Cleric. non resident. Et temporibus Caroli Magni, (ut habetur in Capitularibus ejus cap. 73. lib. 6.) decretum in Synodo, ut quemadmodum Sæcularis non debeat habere nisi uxorem una, ita unusquisque Presbyter non nisi Ecclesiam unam. Refert Glossa pragmat. Sanct. tit. de Collat. verbo pluralitatis. quendam Episcopum cui offerebatur Abbatia respondisse: *Absit ut habeam cum Sponsa Concubinam*: Dicit Ivo Carnotensis episc. 170. *Cum in ipsa infantia mundi in Lamech. carnalis bigamia sit culpa, quomodo poterit in Sponsa, que est Ecclesia, laudari, que in hoc Sacramento, & in virtute Sacramenti uni debet viro desponsari.*

Prohibenda multitudinis Beneficiorum certè ratio partim fuit 3
ut ambitio & avaritia, (qua Idolorum servitus) infidelitas & fornicatio procul esset à Clericis: Quorum criminum aded reifunt plura habentes beneficia, ut dicantur furtum committere & rapinam: c. dudum. 54. vers. Et retinendo. de elect. partim, ut morum dissolutio, evagatio, aliaque mala multa, ex ea provenire solita, caverentur. Ut dicunt dicta Capitula.

Prohibitioni propterea & canonibus & rescriptis Pontificum 4
fuit inclusa poena: Constitutum enim, *can. si quis Episcopus. 31. qu. 1.* ut si Episcopus Ecclesia sua spreta ambierit, privaretur utraque: *Et can. si quis. 32. d. c. & quest.* Si Clericus, Ecclesiam habens, ambiat præter illam adhuc aliam, privetur utraque.

Circa hunc tamen casum, ut hæc gravissima & frequentissima 5
intelligatur materia, *varia distinguenda sunt tempora*, secundum quæ, constituta reperiuntur varia ante Concilium Tridentinum. *cum Cardin. & Imola in c. referente. de prebend. & Panorm. in c. quia nonnulli. n. 4. de Cleric. non resident. & d. c. referente. num. 3.*

Primum enim ante Concilium Lateranense, habitum sub Ale- 6
xandro III. optio data fuit Clerico plures Ecclesias obtinenti, eligendi quam mallet: *d. c. referente & c. præterea de prebend.*

Secundo: In dicto Concilio Lateranensi habito sub dicto Ale- 7
xandro III. fuit prohibitum, ut nullas diversas dignitates & plures Ecclesias reciperet, si nollet privari secundo; & conferens potestate
[Rrr] 2 con-

conferendi pro illa vice : *c. quia non nulli. de Cleric. non resident. & refert. in c. multa. de prabend.* Et sic obtinenti duo Beneficia curata, vel dignitates duas, non dabatur optio; sed amittebat secundum, non ipso jure, sed per sententiam. *Garcias de benef. part. II. cap. 5. n. 3.* Et rectè. Qui enim jam sunt Beneficiati, non sunt idonei ad aliud Beneficium obtinendum. *c. super eo ordinata. de prabend. in 6.*

3 *Tertio* : Cum nullus aut saltem exiguus fructus proveniret ex Concilio Lateranensis constitutione quoniam non ipso jure privatur recipientes beneficium secundum primum, sed privandum tantum duceret; idèd alterius Concilii Lateranensis, habiti sub Innocentio III. processit constitutio; qua ipso jure privatur beneficio primo recipient secundum : *c. de multa. de prabend.* Et hoc etià per sententiam, si primum retinere contenderit; *c. dudum. 2. de elect.* id est, licet super eo comestus fuerit. *Gloss. in d. c. de multa. Durris de benef. sect. 9. cap. 2. vers. cum.*

9 *Quarto*; Plus constitutum extravagante, *c. execrabilis. Joan. XXII. de prabend. vers. qui verò.* Nempe ut recipiens beneficium secundum, illicò post pacificam hujus adeptam possessionem; *Clem. si plures. eod. teneatur* dimittere primum sub testimonio publico in manibus Ordinarii; alioqui ex tunc fit ipso jure privatus secundo, & ad obtinenda beneficia qualiacunque, non ad obtenta; *Cassador. decis. 1. de const. Gloss. in Clem. 1. §. ipsius de panis. vers. obtinendis. & ibi Cordus. Imola, & Bonifac. num. 52. & Abb. Clem. 2. eod. & suscipiendos sacros ordines inhabilis.*

10 Nisi cum eo sit ad plura legitime dispensatum: *Speculat. in ritual. de dispensat. §. dicendum. num. 23. Joan. Andr. in c. non potest. de prabend. in 6. & ibi Dominic. §. 1. num. 5. & Franc. num. 4. Garcias tract. de benef. part. II. cap. 5. num. 17. cum seqq.*

11 Cessat etiam dictæ Extravagantis pœna, ut per affectuonem secundum beneficii, ipso jure valet primum; in retinente duo Beneficia uniformia sub eodem tecto: licet sint incompatibilia: *c. literas. de concess. prabend. & Clem. fin. de prabend. Cassador. d. decis. 1. Bellamera decis. petuli. 754. num. 3.*

12 *Incompatibilia*, secundum Doctores, dicuntur; cum que simul teneri non possunt, & quorum primum valet ipso jure per affectuonem secundum; qualia sunt illa, de quibus in *d. c. de multa. & d. Extravagante.*

Corvinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV
32

vagante. Execrabilis. & c. litteras. de concess. prebend. & d. Clem. fin. de prebend. tum quæ licet retineri non possunt simul, licet non vacet ipso jure primum per affectationem secundi; ut in Parochiali cum Canonatu, & duobus simplicibus residentiam requirentibus, &c. *Staphileus de literis gratia. tit. de variis modis vacationis. tit. de statu & qualitat. Benefic. §. ut sciri possit. num. 9. Rebuff. in praxi tit. de dispensat. ratione etatis. verb. incompatibilia Navar. conf. 24.*

Quæ tamen doctrina non procedit in jure ad rem ad aliquod beneficium, cui quis censetur renuntiare per affectationem alterius beneficii, quod simul de jure retineri non posset cum beneficio ad quod habebat jus, etiam si non sit curatum, dignitas, personatus; ut ex *Clem. gratia. de rescript. tenet Gloss. ibid. verb. beneficium. & Dd. Abbas in d. c. fin. de Cleric. non resident. Staphilius tit. quib. mod. expirent literæ ad beneficia. §. quarto modo. Garcias d. loco. num. 69. cum seq.*

Nec procedit, quando beneficiatus in una Diœcesi accipiat beneficium aliud similiter requirens residentiam in alia, & ibi commoratur. Nam tunc tacite inducitur renuntiatio primi: nisi aliud appareat. *Abbas in d. c. fin. num. 6. de Cleric. non resident. ita intelligens Gloss. in c. ex parte. l. eod. & Innoc.*

Referunt istius doctrinæ fallentias plures Doctores. Quas coarctare hic nolumus. *Consultius* videre, quid hac in materia per Concilium Tridentinum sit decretum.

Decernit hoc sess. 7. de reformat. cap. 4. *Quod quicumque de cæ. 1. §. tero plura curata, aut alias incomparabilia beneficia Ecclesiastica, sive per viam unionis ad vitam, seu commenda perpetua, aut alio quocunque nomine & titulo, contra formam sacrorum canonum, & præsertim constitutionis Innocentii III. quæ incipit; De multa recipere ac simul retinere presumpserit; beneficiis ipsis, juxta ipsius constitutionis dispositionem, ipso jure, etiam presentis canonis vigore, privatus existat.*

Nec isti Decreto adversatur decretum aliud ejusdem Concilii sess. 24. de reform. cap. 17. ubi decernitur: Quod obtinentes plures parochiales, unâ retentâ, teneantur, intra sex mensium spatium, dimittere alias. Ex quo Doctores nonnulli existimant, obtinentem beneficia incompatibilia habere sex menses ad dimittendum quod voluerit: Nana

illud decretum loquitur solum de obtinentibus tunc plures parochiales, aut unam Cathedralis, & aliam parochialem ex dispensatione seu unione ad vitam: Quibus injunxit Concilium, ut una retenta, intra sex menses dimitterent alias: si non, tam parochiales, quam beneficia alia, quae obtinebant, censerentur vacare ipso jure, &c. non autem loquitur ibi Concilium de pluribus parochialibus, aut aliis beneficiis incompatilibus post Concilium obtentis, de quibus loquitur d. sess. 7. de reform. cap. 4. *Et sic intelligi vult Garcias d. loc. num. 78. confus. loquentes. Salced. in pract. Bernard. Diaz. cap. 48. lit. C. Emman. Rodriguez. in Summ. cap. 31. num. 4. Vegam. part. 1. cap. 36. cas. 24. Petr. Ledesma 2. parte Sum. tract. 7. cap. 2. conclus. 12. diffin. 6.*

17 Sed circa dictum Decretum Concilii sess. 7. de reform. cap. 4. controvertitur graviter; An in beneficiis residentiam requirentibus, etiam simplicibus, vel alias quomodolibet incompatilibus, per istud decretum inducatur vacatio primi ipso jure per adeptionem secundi. Negant Navarrus *consil. 17. de prebend. per Gloss. pen. in cap. fin. de jure patron. Zechus de Republ. Eccles. tit. de beneficiat. num. 94. Flamin. Parisius de resignat. lib. 3. qu. 1. & alii. Contrarium tamen declaravit multoties Sacra Congregatio Concilii supra dictum caput 4. ut testantur Gonzalez. d. Gloss. 15. num. 16. Wamensius *consil. 231. in addit. & alii: Declarationem sequuntur Lessius de just. & jure. lib. 2. cap. 34. num. 145. Azor. 2. part. Inst. Moral. lib. 6. cap. 13. qu. 2. 4. 5. 7. & 8. Eam obiter dat Dataria & Cancellaria Apostolica, & Rota, teste Garcia d. loco num. 87. cum seqq. Merito. Cum Concilium in d. c. 4. loquatur de quibuscumque beneficiis incompatilibus vigore quorumcunque canonum. Garcias d. loco num. 91.**

18 Ad inducendam tamen vacationem beneficii primi incompatibilis per assentionem secundi non sufficit collatio sola, & acceptatio ejus, sed requiritur adeptio possessionis secundi pacifica, vel quod per provisum stet, quo minus eam adipiscatur d. c. de mult. a. & ibi *receptum. c. licet. Episcopus. de prebend. in 6. d. Extrav. Execrabilis. eod. cas. qui verd. & d. Clem. si plures. & ibi Gloss.*

19 Per Provisionem tamen de beneficio incompatibili, in quo intrusus alius, non vacat primum, licet provisus contra intrusum pro-

Corvinus
De Personis
et Benef. Ecclesiae

G IV
32

capienda possessione secundi, faciat diligentiam nullam: quia tunc non videtur stare per provisum, sed per intrusum, præsertim si non sit monitus, aut ad faciendam diligentiam ei per Superiorem terminus præfixus. *Achill. decis. 358. Gonzalez. Gloss. 15. num. 116. cum seq. Garcia d. loco num. 102.*

At provisus à Papa de secundo beneficio incompatibili, vaca-²⁰ tionem primi non excusabit ex eo quod non expedierit bullas, sine quibus possessionem capere non potest; si per eum fiat, quo minus expediat. *sec. decis. Roræ in causa Leodiens. Canonizat. 9. Decembr. 1589. teste Garcia d. loco num. 104.*

Possessio autem pacifica beneficii secundi incompatibilis, ut va²¹ cet beneficium primum, non debet talis esse tantum de facto, sed & de jure, id est, non litigiosa, absque controversia juris & facti judiciali & extrajudiciali. *Archidiacon. & Joan. Andr. in d. c. commissæ. de elect. in 6. Cardin. in d. Clem. gratia. num. 8. de rescript. Abbas in d. c. de multa. num. 16. Rebuff. de pacific. possess. num. 59. Mascard. de probat. concl. 183. num. 40. Gonzalez. ad reg. mensium. Gloss. 15. num. 117.*

Debet etiam possessio pacifica esse, nedum beneficii & tituli, seu²² exercitii, curæ; sed & bonorum & fructuum beneficii, seu majoris partis eorum: Nam si alius eos ex iusta causa percipiat, non ipso jure vacabit primum. *c. si tibi concessio. de præbend. in 6. & ibi Gloss. fin. Abb. num. 16. & Dd. commun. in d. c. de multa. & c. cum in cunctis. §. 1. de elect.*

Sicut si habenti beneficium conferatur aliud incompatibile, ha-²³ bita ejus possessione pacifica vacat primum, ita si habenti duo vel plura beneficia incompatibilia conferatur aliud, ejus possessione adepta pacificè, vacant omnia prima. *Clem. si plures. de præbend. c. cum qui prima parte. eod. in 6. Gloss. in d. Clem. si plures. verb. vacare. Cardin. ibid. 4. oppos. & qu. 5. Domin. in c. Ordinarii. §. in conferendis. de offic. Ordin. num. 5. & 7. & Franc. num. 2.*

Ut duæ dignitates, personatus seu officia, sunt incompatibilia, sic²⁴ & duo Canonatus seu præbendæ, aut portiones, vel duo beneficia uni-*formia*, sive similia *sub eodem recto*, id est, in eadem Ecclesia, sunt incompatibilia; adeo ut per assentionem secundi vacet ipso jure pri-
mum,

num, etiam de jure antiquo: *d. c. de multa. ubi. Adantes, ut in eadem Ecclesia & c. literas. de concess. prabend. c. 1. de consuet. in 6. ubi Dd. Clem. fin. de prabend. & ibi Gloss. & Dd. Wamesf. 235. Nec valet hic, aut consuetudo, etiam immemorialis; d. c. literas. & ibi Gloss. Abb. num. 2. & Dd. ibid. Idem Abbas in c. extirpanda. §. qui verò. de prabend. num. 47. Rebuff. in Concordat. tit. de Mandat. Apostolic. §. 1. verb. ita tamen. cum Episcopi dispensatio in contrarium. Gloss. ult. in d. Clem. fin. Abb. in d. c. literas. num. 3. Wamesf. d. consf. num. 2.*

25 Et quamvis possit quis tenere duo curata, si unum sit alteri annexum: *ut c. super eo, de prabend. in 6. non tamen in eadem Ecclesia potest quis habere Præbendas duas, etiam si altera dignitati sit annexa. ut in d. c. literas. & ibi Abb. num. 2. & text. in d. Clem. fin. & ibi Gloss. ult. & Cardin. 4. oppos.*

26 Duæ etiam Capellaniæ sub eodem tecto, sunt incompatibiles; tanquam beneficia uniformia, nec teneri absque dispensatione Pape possunt; sed per assecutionem secundæ vacat prima. *Domin. in d. c. 1. de consuetud. in 6. num. 14. Franc. ibid. num. 8. Garcias d. loco numer. 221.*

27 Idem dicendum de duobus altaribus datis in titulum. *Rebuff. in Concord. tit. de mandat. Apostol. §. 1. verb. ita tamen Sylvestr. in Sum. verb. beneficium. 4. num. 11. Fumus in Armilla eod. verb. num. 46. Fofca de visitat. lib. 2. cap. 11. num. 9.*

28 Non sunt de jure incompatibilia duo beneficia difformia, & diffimilia sub eodem tecto; ut dignitas & canonicatus, beneficium curatum seu simplex, canonicatus & capellania, beneficium curatum seu simplex cum capellania, nisi aliàs ratione residentie seu servitii, sint sibi repugnantia. *Dominic. in c. Cum in Ecclesia. de prabend. in 6. num. 7. & ibi. Franc. num. 4. Felin. in c. ex parte. 2. num. 3. & ibi Decius num. 4. de rescript. Navar. consil. 21. & 24. de prabend.*

29 Nullo tamen modo quis potest, citra dispensationem Pape, in eadem Ecclesia esse triplex; nec valet statutum, vel consuetudo in contrarium. *ex d. c. 1. de consuetud. & ibi Dominic. num. 5. & 12. Franc. num. 7. Probus num. 6. Gloss. in Clem. fin. de prabend. Garcias d. loco num. 238.*

Super-

Corvinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV
32

Supereſt ut tractemus de *incompatibilitate & compatibilitate Beneficiorum ſimplicium.*

Ubi diſtinguendum: Aut duo *Beneficia Simplicia* ambo requirunt *personalem Residentiam*: aut non; ſed alterutrum tantum: *Priori caſu* ſimul retineri non poſſunt: ut apparet ex ſupra dictis *Abb. in re- pet. d. c. extirpanda. §. qui verò. de prabend. num. 30. Corraf. de benefic. part. 1. cap. 5. num. 2. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. ibi dum- modo personalem residentiam non requirat.* Er datur, ſecundum *c. refe- rente, de prabend.* Clerico optio retinendi beneficium quod maluerit. *c. gratia. de reſcript. in 6. & c. gratia. eod. in Clement. Davis tract. de benefic. ſect. 9. cap. 2. verſ. in Simplicibus. Posteriori caſu* poſſunt, ſi al- terum eorum non ſufficiat ad congruam ſuſtentationem. *Navar. in man. cap. 15. num. 127. Emm. Rodriguez. in Sum. tom. 2. cap. 3. num. 2.*

Difficultas eſt, an quis retinere poſſit plura beneficia ſimplicia *residentiam non requirentia*, quando alterum eorum ad exhibendum Clerico eſt ſufficiens. *Aſſeruat Innoc. in c. ſin. de Cleric. non resident. num. 1. & in c. cum jam dudum. num. 1. & 4. de prabend. modò non re- tineat propter avaritiam & ambitionem. ſequitur Gloſſ. in c. gratiam. de reſcript. Rebuff. in praxi. tit. de diſpenſat. ratione etatis. verb. in cathe- dralibus. verſ. quod eſt verum. Negat Gloſſ. in c. dudum. 2. de elect. verb. intitulum & verb. retinere. & ibi Abbas num. 56. & in d. c. cum jam dudum num. 8. Bernard. Diaz. in pract. crim. can. cap. 47. ubi Salced. lit. c. alii que.* Quorum ſententia de jure verior: *d. c. conquerente. de Cleric. non resident.* Innocentii tamen poteſt etiam, procedere, ubi juſtmodi ſtatutum aut conſuetudo eſt. Quoniam con- ſuetudo pro diſpenſatione eſt. *Gloſſ. in verbo pluralitatis. tit. de Collat. in Pragmat. Sanct. Florum. in d. c. cum jam dudum. Rebuff. in praxi. tit. de diſpenſat. ad plura num. 29. modò beneficiorum coaccervatio non ſit magna. Cordub. lib. Quæſt. qu. 20. propoſ. 3. cum limit. dict. & ex c. quia intantum. de prabend.*

Sed hæc ſententia Innocentii, ut & conſuetudo, ſublata eſt per *Concilium Tridentinum, d. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17.* ita ut, ſecun- dum illud beneficium ſufficiens habens, per aſſecutionem beneficii ſe- cundi, perdat primum ipſo jure. *Garcias d. loco. n. 283. cum ſeqq.* Li- ceter ſecundum ſit inſufficiens: *Garcias d. loco. num. 301.*

[S s s]

Sed

33 Sed dubitatur circa dictum Concilii decretum, utrum haberi duo, vel tria beneficia ad eum sustentandum congruè, non sufficientia, possit aliud, vel alia beneficia, usque ad sustentationem congruam conferri; vel Utrum habenti unum beneficium insufficientem, possint conferri alia duo plurave usque ad sustentationem competentem, etiam ad retentionis effectum. Certum, si beneficia alias non essent incompatibilia, ante Concilium de jure hoc licuisse, *Abbas in d. com jam dudum. num. 8. Navar. conf. 10. & 19. de præbend. Franc. in c. 11. can. 19. eod. in 6.* Sed an post controversum? Negat Gonzal. d. Gloss. 15. num. 39. Affirmant Navarr. d. conf. 10. & in *Manuali: cap. 25. num. 129. & Miscellan. 60. de orat. num. 13. Flam. Paris. d. traç. lib. 3. qu. 1. num. 141. Perez. de Lara de annivers. & capell. lib. 2. cap. 7. num. 12. aliique alleg. per Garciam d. loco. num. 308.* Quorum sententiam rejecit, Sacra Congregatio ut referunt Zechus *de Republ. Ecclesiast. cap. de beneficiatis. ad fin. Salcedo in praxi cap. 47. litera C. & exiis Garcia d. loco. num. 310.*

34 Moveri solent circa dictum Concilii decretum, adhuc dubia alia quæ relatu inutilia: cum dictum decretum nec servetur in Gallis, ubi ipsum Concilium in totum non receptum: nec in Germania, nec etiam in Hispania, sit usu receptum: Imò nequidem servatur in Curia Romana: Nam ipsi Pontifices Summi, etiam post Concilium Tridentinum solent narranti plura obtenta beneficia simplicia, concedere alia; nec apponitur decretum de dimittendo intra duos menses obtenta: quod apponi solitum, quandò narratur aliquod incompatible. Nec potest dici Pontifices super illis tacitè dispensare. *per c. non potest. 21. de præbend. in 6. Navar. de Orat. Miscell. 61. num. 2. Salcedo in Pract. Bernardi Diaz. d. cap. 47. seu 48. lit. C. Manuel Rodriguez. in Sum. tom. 1. cap. 32. num. 2. Gonzalez. d. Gloss. 15. num. 27.*

35 Et hæc de beneficiis pluribus, quæ possunt aut non possunt haberi citra Dispensationem: Dicendum nunc, pro materia complemento, de iis quæ mediante Dispensatione haberi possunt.

Est autem distinguenda Dispensatio Episcopi à Romani Pontificis dispensatione.

36 Hic solus dispensat in Beneficiis curatis, Dignitatibus & Per-

Corvinus
De Personis
et Benef. Ecclesiast.

G IV
32

natibus circa Personas sublimes, *d. c. de multa. & literatas. d. c. Execrabiliis*: Quod hæ personæ maximè soleant proficere Ecclesiæ Dei. *Gloss. in c. dudum. 2. de elect. 1. in d. c. de multa. verb. per sedem. & in c. 1. de consuetud. in 6. verb. absque dispensatione, & in c. ordinarij. de offic. Ordin. in 6. verb. sui beneficii. & in c. non potest. de præbend. verb. que alias. Quintinus in d. c. de multa.*

In istis etiam olim de jure Episcopi, *can. sanctorum. dist. 70. exi. 37* gente dispensationem Ecclesiæ utilitate: *Hostiens. in d. c. de multa. Abbas in repet. d. c. extirpanda. §. qui verò.* Hodie tantum circa beneficia alia quam curata aut dignitates, personatus, vel circa officia, vel duo uniformia, sub eodem recto, vel duas præbendas diversarum Ecclesiarum, quorum quælibet per se sufficiat. *sec. Panorm. in d. c. cum jam dudum. num. 9. & repet. d. c. extirpanda. §. qui verò. num. 41. cum seq. Quintinum. d. loco. num. 112.*

In requirentibus tamen Residentiam solus dispensat Papa. *Panorm. & Quintinus d. locis: Rebuff. tit. de dispensat. ratione ætatis. verb. in cathedralibus. vers. in super.* Cum propter dictum can. Sanctorum; tum Concilium Tridentinum *sess. 24. de reform. cap. 17. ubi: Dummodo utrumque personalem residentiam non requirat.* Nec enim possunt Episcopi dispensare contra jus Canonicum & Concilium: *Gloss. in c. dilectus. verb. cum se facultas de præbend. Felin. in d. c. 1. num. 49. Prob. ad Monach. in c. fin. de consuet. Zerola in praxi benef. part. 1. conclus. 7. Garc. d. loco. num. 371.* Nisi necessitas Ecclesiæ & utilitas sit magna: *Abb. in c. at si Clerici. §. de adult. de judic. num. 9. post Joan. de Lignano ibid. Sylvest. in Sum. verb. Dispensatio. num. 15. & Papa consuli non potest. Felin. in c. 1. de constitut. num. 50. Decius in d. c. at si Clerici. §. de adult. num. 82. Rochus in c. fin. de consuet. sect. 3. num. 13. Garcias d. loco num. 338.*

Utrum autem tuti sint apud Deum, qui hujusmodi dispensatio-³⁸ nes facile concedunt, aut impetrant: tractant *Gloss. in pragm. Sanct. tit. de Collation. verb. pluralitatis. Rebuff. d. loco. Cajetan. in Sum. verb. Beneficium. Manuel. Rodrig. in Sum. 2. part. tract. 7. num. 7. & 8. Less. de just. & jure lib. 2. cap. 34. num. 150. & alii relati per Garciam. d. loco. num. 378.*

39. Certè Duarenus *d. tract. de benefic. lib. 8. cap. 4. in fin.* Beneficiorum cumulationem, sine delectu passim receptam, rem appellat prodigiosam: nec Ipsi minus monstrosi videntur, qui tot personas sustinent in Ecclesia, quam Briareus ille, quem manus habuisse centum dicunt Fabula: aut Gerion, quem trium fuisse corporum nugantur eadē.

TITULUS V.

De Vacatione Beneficiorum ob Promotionem ad Episcopatum.

SUMMARI A.

1. Beneficiato ad Episcopatum promotō vacat ejus Beneficium.
2. Post adeptam possessionem, & consecrationem; aut lapsum trimestres ad illam dati.
3. Cur hoc addis.
4. Quid ergò hic spectandum.
5. Quid si cum promotō ad Episcopatum fuerit dispensatum.
6. Episcoporum Titularium Beneficia non vacant.
7. Quid si Episcopus ab Episcopatu uno transferatur per Papam ad aliud.
8. Non vacat Episcopatus per adeptionem Beneficiorum aliorum.
9. Dispensante Papa concessorum.
10. Qua non indiget Episcopus Titularis.

Corvinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.

32

Um Beneficiarius provehitur ad honorem Episcopalem, vacat
 ejus Beneficium, etiam simplex, Lambert. in de jur. Patronat.
 1. part. lib. 2. quæst. 6. art. 15. à num. 9. Hojeda de incompatibil.
 Benefic. part. 1. cap. 4. num. 3. potestque conferri alii.
 c. cum in cunctis. §. cum verò. de elect. c. post electionem. de concess. Pra-
 bend.

Vacare censetur, non nisi post adeptam Episcopatus possessionem
 pacificam & consecrationem; seu hujus loco lapsum trimestris ad conse-
 crationem dati. d. c. cum in cunctis. §. 1. & ibi Gloss. can. si qui Episcopi,
 dist. 92. Innoc. num. 4. Joann. Andr. Butr. Imola num. 4. Abbas à num. 1.
 & 6. Bellam. Decius à num. 1. & 11. Nec enim antea habetur pro Epi-
 scopo. c. nisi. de auctorit. & usu Pallii.

Dico ad consecrationem dati: nec enim, ut quidam volunt; ut
 Germanius de indult. Cardinal. §. si vero: num. 24. & 48. & Caputaquen.
 decis. 401. num. 5. & alii, dictum trimestre ad capiendam posses-
 sionem est assignatum.

Undè ad Beneficiorum vacationem, quod possessionem attinet,
 spectabitur solum; an Episcopatus adeptus sit possessionem, vel per
 eum steterit, quominus adeptus fuerit: Staphil. de literis gratie. tit. de
 variis modis vacat. §. secundus principalis modus. Hojeda. d. loco. Dd. ad
 d. c. licet Episcopatus. de prebend. in 6. Et d. Extrav. execrabilis. vers.
 qui verò. & c. commissa. de elect. in 6. Caputaquen. d. decis. 401. num. 5.
 cum seq.

Quod si cum promotus ad Episcopatum fuerit, nè intra annum
 consecrare teneretur, dispensatum; quæritur, talis dispensationis tem-
 pore durante; an ejus beneficium vacet? Dicendum Quod non; licet
 dispensatio ad partis instantiam esset concessa? Nec enim ei tum impu-
 tari potest mora, nec negligentia. Butrius & Abbas. à num. 7. Decius
 num. 17. in d. c. cum in cunctis. §. 1. Felin. in c. postulasti. num. 13. limit. 6.
 de rescript.

Ex quibus inferitur rectè: Beneficia, ut & pensiones; promoti-
 rum ad Episcopatus in terris infidelium existentes, seu Titulares, va-
 care nequaquam; Cum non possint, nec per eos fieri, assequi eorum
 possessionem.

possessionem; *Staphil. tit. de qualit. & statu benefic. §. huiusmodi. num. 15. Navar. conf. 14. de elect. num. 3. Germon. d. §. si vero. num. 26. Flamin. Paris. d. tract. lib. 3. qu. 1. num. 9. & 89. Putius decis. 16. de possession.*

7 Episcopo autem ab uno Episcopatu per Papam translato volente ad alium; statim vacat primum; etiam ante adeptam possessionem secundi: *Abbas post alios in c. fin. num. 13. de postulat. Pralat. Mis. card. de probat. conclusi. 183. num. 15. cum seqq. Franc. Marcus. decis. 103. Dissentit Felin. in c. cam te. de rescript. num. 8. vers. & dicitur. & alii.*

8 Verum licet per Episcopatus adeptionem priora vacent beneficia, non tamen vacat Episcopatus per adeptionem Dignitatum vel Beneficiorum. *c. cum nostris. de concess. Præbend. ubi Abb. num. 4. Rebuff. in Concord. tit. de Mandat. Apostol. §. statuimus verb. Monasteria. vers. nunc tamen.*

9 Possunt enim Episcopo, sed dispensante Papa aut ex iusta & necessaria causa (ut si in possessione Episcopatus non sit: si non habeat fructus sufficientes ad sustentandum; &c.) conferri Dignitates & Beneficia. *d. c. cum nostris. & ibi Abb. num. 4. 7. & 15. & Idem in c. Ecclesia vestra. 2. de election. num. 3. Garcias d. part. cap. 6. num. 44.*

10 Quâ dispensatione non indiget Episcopus Titularis. *Navar. conf. 14. & 15. de elect. Garcias d. loco num. 45. cum seq.*

TITULUS VI.

De Vacatione ob Promotionem ad Abbatiam.

SUMMARI A.

- 1. Promotorum ad Abbatiam vacant Beneficia: Sed quando.
- 2. Quomodo hoc intelligendum quoad Abbates Seculares.
- 3. Dicitur.

Corvinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.
32

3. *Dicta de Abbatibus & Prioribus & Præpositis procedunt & in sitis.*

Similiter omnia promoti ad Abbatiam sive secularem, sive regularem, beneficia vacant adeptæ possessione pacifica ipsius, vel si per eum steterit, quominus eam adipiscatur; etiam si non fuerit benedictus: *can. Presbyteros. 16. qu. 1. Felin. in c. eam te. de rescript. num. 7. Decius in c. cum in cunctis. §. 1. de elect. num. 4. Rosniac. de benefic. cap. 5. à num. 33. Hojeda. de incompatibil. benefic. part. 1. cap. 6. num. 1. cum seqq. de resignat. benefic. lib. 3. qu. 1. num. 95. & 99.*

Quoad Abbates tamen Seculares intelligo hoc, si in Ecclesiis Collegiatis habeant generalem, & omnimodam, & quasi Episcopalem jurisdictionem, ita ut dici possent Sponsi & Pastores: *Gloss. l. & Abbas & alii in c. quia propter. de elect.* Si non, eorum beneficia non vacabunt per adeptionem Abbatiae, non magis quam per adeptionem aliarum Dignitatum. *Garcias. d. tract. d. part. cap. 7. num. 4.*

Quæ diximus de Abbatibus, procedunt & in Prioribus, & Præpositis: *Selva de benefic. 1. part. quest. 2. num. 53. Hojeda. d. cap. 6. num. 2. Flamin. Paris. d. loco. num. 100.*

TITULUS VII.

De Vacatione ob Contractum Matrimonii.

SUMMARI A.

1. Beneficium vacat per Clerici matrimonialia & sponsalia de presenti.
2. Ipso jure.
3. Amittit ergo Clericus jura ad Beneficia competentia.
4. Licet

4. Licet matrimonium non fuerit consummatum. necicii privatione obtinent in pensione.
5. Si sit irritum, distinguendum. 14. Quidsi Clerici sunt Concubinari publici.
6. Aut est irritum ex defectu consensus Clerici, & beneficium non vacat. 15. Quidsi occulti.
7. Vacat, si ex defectu consensus sponsa. 16. Eis pena à Judice imponi non potest.
8. Ut & vacat, si sit irritum ex causa alia. 17. Potest ab Episcopo, si Concubinatus dissimulari nequeat.
9. Non ipso jure. 18. Sed ex rigore juris, quem non patiuntur hodierna tempora.
10. Sed per sententiam Judicis. 19. Concubinarium, hie quis.
11. Quidsi Beneficiarius, qui matrimonium contraxit, sit impubes. 20. Quis in Concilio Basileensi.
12. Quidsi pubes, & sponsa ejus impubes. 21. Decretum Concilii Tridentini.
13. Quando dicta de Be- 22. Ratio Ejus.

Vacat etiam Beneficium per matrimonium Clerici, qui illud possidet: c. i. c. quod à te. 3. c. diversis fallacis. 5. de Cleric. conjug. & ibi Gloss. non etiam per sponsalia, Corragius de benefic. i. part. cap. 10. num. 11. Rota decis. 1. de Cleric. conjug. in novis Mascard. de probat. conclus. 182. Pecutius ad reg. Jur. Can. beneficium num. 16. quæ non tam ponunt matrimonium, quam spem
epus

CORVINUS
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.
32

ejus nisi sint de presenti. *Zoef. Comm. ad decret. ad tit. de Cleric. conjug. num. 14.* Quia matrimonium faciunt. *Gloss. ad c. un. ad verb. clericalibus. eod. in 6. Aufred. decis. Cappelle Tholos. 239. Panorm. ad di. c. 1. num. Petr. Gregor. in Instit. rei benefic. cap. 25. numer. 4. vers. Id ipsum.*

Sed quæritur : An beneficia vacent *ipso jure* ; an verò sit opus ² *sententia judicis.* Quod posterius dicendum videtur. *Primò* ; Quod ad pœnam nemo teneatur in conscientia ante sententiam ; ex sententia receptissima. *Secundò* ; Quod *in dd. c. 1. 3. & 5.* dicatur Clericus compellendus, uxore ducta, relinquere beneficium, & eo privandus ; *Tertiò* ; Quod *in can. si qui verò. 3. dist. 32.* dicatur Clericus, uxore acceptâ, nihilominus stipendium suum accepturus. Communis tamen opinio est *ipso jure*, citra sententiam, beneficia vacare ; *Rota decis. 1. de Cleric. non conjugat. Capella Tholos. decis. 240. Rosinac. de benefic. cap. 3. Pechus d. loco. Mandos. de signat. gratia. tit. de privat. vers. impetratur beneficium ob contractum matrimonium. Mascard. de probat. conclus. 182. Zavallos quest. 147.* Ejus ratio consurgit ex incompatibilitate matrimonii cum beneficio, quæ spontaneam inducit renuntiationem. *arg. can. cum renuntiat. 32. quest. 1.* Est & ea ratio. Quod concessio beneficii eam ex Ecclesiæ consuetudine habeat conditionem, nè statum incompatibilem, qualem ponit matrimonium, ejusque usus assumat Clericus : Quare, eo assumptò, tanquam desinente conditione, perdit beneficium. *Covarruv. ad 4. decretal. part. 2. cap. 6. §. 3. num. 5. Sanchez. disput. 42. num. 3. & 4. Zoef. d. loc. num. 15.* Undè patet amissionem non causari per modum pœnæ : & sic cessat argumentum primum. Nec obstat secundum : Nam dicti allegati textus loquuntur de privatione possessionis faciendâ, quam de facto injustè & violenter talis Clericus derinebat. *Gloss. ad d. c. 1. ad verb. relinquenda. Petrus Gregor. d. loco.* Nec adversatur tertium : Quia textus ille rectè accipitur de eo quod datur in stipendium, ratione laboris, quem Clericus canendo præstat, non etiam de eo quod debetur in titulum. *Zoef. d. loco.*

Undè per *matrimonium* amittit Clericus accessus, regressus, & ³ alia jura ad beneficium competentia. *Prob. ad Monach. in c. 1. de Cle-*

[Ttt]

ric.

ric. conjug. in 6. Covarruv. d. loco. §. 3. num. 5. Jul. Clar. recept. sentent. §. I. quest. 73. num. 5. Salecd. ad B. rnard. Diaz. in pract. Crim. Canon. cap. 80. lit. E.

4 Nec refert *matrimonium* non fuisse consummatum, ex eadem ratione militante in casu proximo. Nam cum copula nihil faciat ad matrimonium, negari non potest, quin sit verè assumptus status cum beneficio incompatibilis; cum teneatur ad copulam. Ubi nihil fecit, si sponsa ante copulam moriatur, vel ingrediatur religionem; Nam jus semel extinctum non recuperatur solo casu, extincta scilicet amissionis causa, sed opus est collatione nova. c. ex publico de contravers. conjugat. Gloss. pen. in Clem. gratie. de rescript. Abbas & Dia. in d. c. 1. Covarruv. d. loco Gigas de person. qu. 54. num. 8. Rosinac. d. loco num. 20. Sairus de censur. lib. 6. cap. 5. num. 14.

5 Quod si matrimonium sit irritum, sive ex consanguinitatis, sive alia causa, est distinguendum; An sit nullum ob defectum consensus, an verò, sit ad sit consensus, ex causa alia.

6 Primo casu certum est, non vacare beneficium, nec eo privandum esse Clericum, cum ne quidem voluerit actum contrarium.

Hinc contractum à vi, vel metu coacto à furioso aut mente capto matrimonium non facit privari Clericum: *Probus ad Monach. in d. c. 1. de Cleric. conjugat. in 6. num. 15. Gigas de person. qu. 5. num. 5. 10. Bernard. Diaz. d. loco. num. 5. Sairus d. loco, num. 13.*

7 Quod si tamen sponsa vi vel metu coacta, Clerico liberè consentienti nupserit, licet matrimonium sit nullum, perdet tamen Clericus ipso jure beneficium. *Probus d. num. 15. Gigas d. loco. numer. 10. Bernard. Diaz. d. num. 5. Sairus d. num. 13. Garcias de benef. part. 1. cap. 8. num. 11.*

8 Secundo casu probabile est, nihilominus privatum videri beneficio taliter contrahentem, ex ratione textus *in c. nuper à nobis. de bigamis non ordinand.* ubi intentio cum opere subsequito facit aliquem poni inter Bigamos, etsi verè non sit talis. Cui respondet textus *in c. cum qui. 18. de prebend. in 6.* ubi, accipiens beneficium secundum curatum, licet nulliter, perdit tamen hoc ipso primùm; subiecta ratione, quod non deceat, ut melioris conditionis existat stultus quam peritus.

CORVINUS
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.
32

peritus. Ita ut tota vis ponatur in eo solo, quod quis appetenti statum incompatibilem. *vid. Abb. in d. c. 1. Rebuff. de pacif. possess. 200m. Corraf. de benefic. 1. part. cap. 10. num. 10. Gigas. d. quest. 54. Cuchus in Inst. Jur. Canon. major. lib. 4. tit. 12. num. 226. aliique alleg. per Garciam d. loco, num. 4. Ut non sit utilis distinctio, quam quidam faciunt, Decius consil. 166. Prob. d. c. 1. num. 15. & 16. Bernard. Diaz. d. c. 80. an Clericus sciverit impedimentum an ignoraverit; quia adest animus utroque casu appetendi statum incompatibilem: Covarruv. d. 2. part. cap. 3. §. 7. num. 52. Abb. in d. c. 1. numer. 7. Sanchez. de matrimonio. lib. 2. disp. 37.*

Volunt tamen quidam, ut *Cardin. in Clem. gratia. de rescript. n. 9. 10. Butrius & Imola. in d. c. 1. & Bermondus de public. concubinariis. fol. 404. Ful. Clar. d. quest. 73. num. 5. Lessius de just. & jur. lib. 2. cap. 34. dub. 21. num. 113. & alii*; privationem non induci ipso jure, eo quod hic agatur de poena delicti, quae ipso jure non inferitur: nec eadem subest ratio, quae vero subest matrimonio, quod inducit incompatibilitatem cum beneficio, non etiam irritationem. Ut cum non detur textus quid disponens hac in parte, non debeat dispositum in casibus aliis extendi, contra *reg. odia. de reg. jur. in 6.* Nec praestat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum. Adducunt *d. c. 1. de Cleric. conjug. ubi, nulla beneficiorum facta mentione, tantum deciditur constitutos in sacris, ducentes uxores, cogendos eas dimittere. Sed non loquitur de constitutis in Ordinibus minoribus, ut nos.*

Verum enim est, quod ii, qui in sacris sunt constituti, si de facto contrahant matrimonium, non perdant ipso facto beneficium, cum sint omnino ad matrimonium inhabiles; unde eo privantur per sententiam iudicis. *Gloss. fin. in d. c. 1. & ibi Butrius & Imola Bernard. Diaz. in d. cap. 80. & ibi Salcedo lit. C. dicens communem Mascard. de prob. conclus. 181. num. 5. & 6.*

Si Beneficiarius impubes contraxerit matrimonium, quaeritur an beneficio obtento sit privandus? Dicendum, non. Ratio est. Quia ejusmodi matrimonii contractus vim tantum habet sponsalium. *c. un. de spons. impub. in 6. & c. fin. eod. Rosiniac. d. loc. num. 16. Ful. Clar. d. loco. Bernard. Diaz. d. cap. 80. num. 6. & ibid. Salcedo. litera G. Per Spon-*

falia autem non vacat Beneficium, uti dictum. *Rota decif. 1. de Cleric. conjug.* Nec obstant dicta superiore quaestione: Quia ibi actum de pubere, qui contrahens, licet inutiliter, vult tamen statum incompatibilem: Hic autem canon. *d. c. un.* inutilem actum transfert in alium casum utilem, qui non noceat. *Covarruv. d. §. 3. num. 5. Zoesf. d. loco, num. 18.*

12 Et hoc ita, si sponsus sit *impubes*: Nam si sit pubes, & sponsa impubes, aliqui dubitant; ut *Menchaca de testam. §. 22. numer. 47. Bernard. Diaz. d. loco.* maxime si sponsus ignoret sponsam esse impuberem, quasi per sponsum, quominus actum gesserit incompatibleem, non steterit. Videtur nihilominus dicendum, non vacare beneficium, eadem ratione militante; Quod scilicet canon ejusmodi contractum, velit valere ut sponsalia, quae non privant aliquem ipso jure, nec etiam privari faciunt. *Abbas in d. c. 1. numer. 7. Clarus. §. fin. quib. 73. num. 5. Zoesf. d. loco, num. 18. Sanchez. de matrim. lib. 7. disp. 43. n. 6. Garcias d. loc. num. 22.*

13 Sed an dicta obtineant in *pensione*, quam habet matrimonium contrahens, dubitatur? Dicendum; Quatenus debetur titulo Clericali; ut sit beneficium loco quod resignatum, in ea regula habeat locum; Quod subrogatum sapiat naturam ejus, in cuius locum est subrogatum; itemque ratio status incompatibilis. *Gigas de pensioib. qu. 54. Clarus d. qu. 73. num. 5. Covarruv. d. loco num. 7. Sanchez. disp. 44. num. 4. Zoesf. d. loco num. 19.*

14 Sed quid dicendum de *Clericis Concubinariis*: Distingendum utrum sint *publici*; an *Occulti*. Si *publici*; ut priventur beneficiis. Puto contra illos procedendum judicialiter. Monendus primo Concubinarius, ut impudicam vitam deserat: si nolit & sit contumax, ut in corrigibilis & insanabilis, deponatur & privetur per sententiam. *Pragm. Sanct. de Public. Concubinariis. §. nec non. & hujusmodi.*

Monitio debet esse triplex: *can. de illicita. c. 24. qu. 3. c. sacra. 48. c. contingit. 45. de sentent. excommun.* Vel una peremptoria pro omnibus; potissimum in notoriis. *l. nonnunquam. 72. ff. de judic. l. tres denuntiationes. Cod. Quomodo & Quando iudex. c. cum sit. de appellat. c. constitutionem. de sentent. excommun. in 6.*

Siverò

Corvinus
De Personis
et Benef. Ecclesiast.

G IV.
32

Si verò *Concubinarium* sunt *occulti*; non sufficit ad beneficii pri-
 vationem monitio una; nec monitio generalis, ut Clerici abjiciant
 Concubinas; ut hoc faciant nominatim facienda insinuatio. *Gloss.*
ad d. §. nec non. fac. Clem. 1. de vita & honest. Cleric. Gloss. & Dd. ad c.
vestra. de cohabit. Cleric. & mulier.

Neque etiam Concubinario occulto, pœna imponi potest à ju-
 dice; Verum ipse scire debet in conscientia sua, non licere sibi ac-
 cedere ad celebrandum, sed haberi apud Deum pro deposito seu sus-
 penso ab officio, donec fuerit dignè confessus & pœnituerit. *can. fin.*
dist. 33.

Si tamen Concubinitus tam notus & manifestus, ut sine scan-
 dalo dissimulari non possit, de rigore juris, Episcopus sine alia mo-
 nitione depositione ut poterit. *c. decernimus. 28. dist. c. qualiter. 2. de*
accusat. can. non debet. 30. quest. 1. c. 1. de Cleric. peregrinus. can. Pre-
sbyter. dist. 82.

Fuit olim illud postremum Concubinariorum publicorum re-
 mediū: Nec enim ad illud perveniebatur statim: sed Clericis tenen-
 tes concubinas monitis, si non reliquissent eas, excommunicabantur:
 contumaces ab officio & beneficio suspendebantur; non resipiscentes
 privabantur & deponebantur: *c. cleric. 3. cum seq. c. si autem. 6. de cohabit.*
Clericor. & mulier.

Neque etiam rigor juris etiam nunc omninò sequendus, eò quod
 nostrorum temporum defectus; quibus non solum merita, sed ho-
 minum ipsa defecerunt corpora districtio illius in omnibus non pa-
 titur remanere censuram. *ut ait can. fraternitatis. 7. dist. 34.*

Concubinarium hic intelligimus, qui mulierem & corruptam,
 nullaque sibi propinquitate sanguinis vel spiritualitatis vinculo con-
 junctam, domi vel alibi detinet, & commisceatur cum ea. Alioquin
 si commisceatur cum maritata, dicitur adulter; si cum virgine, stu-
 prator, si cum proxima, vel consanguinea, incestuosus; *can. lex illa.*
§. cum ergo. 36. qu. 1.

Dicuntur & *Concubinarium publici*, qui mulierem de incontinen-
 tia suspectam & diffamatam teneat, & per superiores suum admo-
 niti non dimitunt eam. *§. publici autem concubinarium. de public. Concu-*
binariis in Concordat.

20 In Concilio Basileensi *sess. 20.* intelliguntur *Concubinarii publici*; non solum hi, quorum concubinitus per sententiam, aut confessionem, in iure factam, seu per rei evidentiam, quæ nulla tergiversatione celare potest, est notorius; sed & illi multò magis, qui concubinas penes se habent, tanquam uxores, filiosque ut veri Patres nutrium publice, talesque impudenter nominant.

21 Per Concilium Tridentinum *sess. 25. de reformat. cap. 24.* Clerici Concubinarii semel per Superiorem moniti, si non abstineant, si habeant beneficia, obventionum & proventuum fructuum parte tantum privantur; applicanda vel Ecclesiæ fabricæ, vel alii loco pio Episcopi arbitrio: monitioni iteratæ si non pareant, privantur fructibus omnibus, & à beneficiorum administratione suspenduntur, quamdiu voluerit ordinarius. Si ita suspensi adhuc non obediant à beneficiis & officiis amoveantur: & privantur perpetuò, & ad officia & beneficia Ecclesiastica, donec se emendaverint, & cum illis fuerit dispensatum inhabiles declarantur.

Quod si Beneficia isti Concubinarii non habeant, nec Ecclesiasticas pensiones; iustum in eodem Concilio, juxta delicti qualitatem & perseverantiam ut puniantur ab Episcopo vel poena carceris, vel suspensione ab Ordine, vel inhabilitate: aliisve modis juxta Sacros Canonones; veluti per excommunicationis sententiam, vel aliter.

22 Meritò. Si enim Concubinitus ex Lege Divina, Non mocha-beris, improbatus inter Laicos: *can. meretrices. 32. qu. 14. can. parate. 14. qu. 5.* multò magis inter Clericos, qui lumen dicuntur mundi: *can. Sacerdotes. dist. 92.* & corpore & mente debent esse mundi: *can. necesse. 1. qu. 1. can. in gravibus. cum 2. seqq. 3. qu. 7.* Quia magnum dicitur inconveniens, Sacerdotem corpus Domini consecrantem, esse immundum: *can. Sacrosancta. 1. & seq. 1. qu. 1.*

Corvinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV
32

TITULUS VIII.

De Vacatione per Religionis ingressum.

SUMMARI A.

I. Vacat Beneficium per cuta professione: Sed Religionis ingressum se- intra quod tempus.

Uemadmodum matrimonio, ita etiam per Religionis ingressum vacat Beneficium; modo secuta fuerit, aut tacita, aut expressa Professio; can. Gonsaldus 17. qu. 2. c. beneficium. de regular. in 6. ubi Dd. & Manuel. Rodriguez. quest. regular. tom. 1. quest. 37. Gonzalez. ad Reg. de mensib. Gloss. 15. num. 45. infra annum probationis olim; c. ad Apostolicam. de convers. Conjugat. c. statuimus. de regularib. c. beneficium. c. non solum. c. constitutionem. eod. in 6. hodie, secundum Concilium Tridentinum, post d. sess. 25. de Regularib. cap. 15. & quidem continuum intra claustra, & non interpolatum: Sacra Congreg. ad d. loc.

Nec etiam secundum idem Concilium, Renuntiatio ante lapsum anni facta, est valida. Majol. de Irregul. lib. 3. cap. 6. num. 2. Flamin. Paris. de resignat. Benefic. lib. 3. qu. 13.

TITULUS IX.

De Vacatione propter Beneficiati crimen.

SUMMARI A.

I. Ex causa criminis vacant Beneficia dupliciter. 2. Quando ipso jure. 3. Verba, ipso jure & ipso facto, a Doctoribus sumuntur.

- muntur promiscue. 6. Quomodo.
4. Nullum crimen ipso jure inducit vacationem, nisi sit jure cautum. 7. Ipso jure privatus beneficiis, illa in conscientia tenetur dimittere, etiam ante sententiam.
5. Multum interest, utrum ipso jure vacent Beneficia, an verò judicis requiratur sententia. 8. Ratio.
9. Ejus probatio. 10. Illatio ex dictis.

Corvinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV
32

1 **E**X causa Criminis vacant Beneficia, vel ipso Jure vel per sententiam.

2 **I**pso Jure, quando possessor amittit Beneficium eo ipso quod commisit crimen, ita ut conferri possit alteri, quamvis de facto detineat possessionem. *c. licet. 28. de prebend. in 6. c. cum nostris. de concess. prebend.*

3 Doctoris tamen promiscue solent his verbis uti, *ipso jure, & ipso facto*; ut si jus statuat aliquem privandum beneficio suo ipso facto, hoc intelligendum sit simul atque crimen commiserit: Tale enim jus supponit factum; ideoque eo casu ipso facto idem significat, quod ipso jure: *c. 2. Ne Clerici vel Monachi secular. se immisc. negot. in 6. & in c. cum secundum. 19. de hereticis. in 6. ipso jure idem est ac ipso facto.*

4 Sed nullum crimen, etiam privatione dignum, inducit vacationem Beneficii ipso jure; nisi sit jure cautum: si non; Judicis requiritur sententia. *Felin. in c. 2. de rescript. num. 3. Selva de benefic. 3. part. qu. 2. num. 6. Corraf. de benefic. 3. parte, cap. 6. num. 12. Garc. de benefic. part. II. cap. 10. num. 5.*

5 Multum autem interest, utrum Beneficium propter Beneficiarii crimen ipso jure vacet, an verò requiratur judicis sententia. *Gloss. in Novel. 7. cap. 1. verb. imminere. Davis. de benefic. sect. II. vers. interest.*

6 **I**llo casu: 1. Possunt Beneficia impetrari ante sententiam condemnationis, *c. licet Episcopus. 28. de prebend. in 6. ubi Gloss. in verb. non vocato. d. Franc. in fin. d. inc. I. de homicid. in 6. & in c. falctis. de pen. in 6.*

in 6. sufficitque post impetrationem, si possessor se opponat; vacationis causam dicere: Papon. Placitor. lib. 3. tit. 6. Dartis d. loco. vers. & primum. Petr. Gregor. de benefic. cap. 26. num. 13. Non hoc: 2. Privatus ipso jure, nec beneficium renuntiare, nec permutare potest; Quia post commissum crimen nullum jus amplius habet in beneficio; Garcias d. loco, num. 25. Cum tamen reus criminis, qui per sententiam est privandus, ante sententiam ea possit: Gloss. in c. 2. ad verb. finita. Ut lite pend. nihil innovet. in 6. Dartis d. loco. fac. l. post contractum. 15. ff. de donation. Petr. Gregor. d. loco, num. 15. post Rebuff. tract. de pacific. possessor. num. 261. 3. Privatus ipso jure beneficio, si postea moriatur, non debet illud impetrari per mortem, sed jure devoluti; quia beneficium ex causa delicti vacabat ante mortem; Contra est in beneficiis, quæ non adimuntur nisi per sententiam; quæ possessoribus in reatu mortuis, impetranda sunt per mortem: Dartis d. loco. vers. Ex qua differentia. Gloss. in d. c. 2. verb. finita. Cum morte rei extingatur crimen: can. quorundam. dist. 23. 4. Privatus ipso jure, à die commissi criminis omnes restituit fructus. d. Gloss. 12. Novel. 12. cap. 1. verb. imminere. prob. c. cum detestabile. Extr. de Simonia. Azor. Inst. Moral. 2. part. lib. 7. cap. 17. qu. 3. Privandus per sententiam interim facit fructus suos. Abbas in c. item cum quis. 6. de restit. spoliator. Dartis d. loco. Rebuff. de pacific. Possessor. num. 263. Petr. Gregor. d. loco num. 14.

Ex quibus sequitur, committentem delictum, ob quod beneficiis 7 ipso jure seu ipso facto privatur, teneri in conscientia illa dimittere; non solum post sententiam; quod indubiatum puto; quicquid dicant Covarruv. in 4. parte 2. cap. 6. §. 8. num. 10. vers. secundo insertur. Enriquez. in Summa lib. 7. cap. 56. §. 2. in Gloss. litera Z. & Azor. Inst. Moral. 1. part. lib. 5. cap. 8. qu. 4. sed etiam ante. Abbas in repetit. c. extirpandæ. §. qui verò. num. 24. de prebend. Felin. in c. in nostra. de rescript. corol. 2. num. 12. & 13. & in c. inquisitionis. de accusation. num. 7. Navar. in Manuali. cap. 29. num. 7. Flamm. Paris. de resignat. Beneficior. lib. 3. quest. 1. num. 22. & 81. Lorca. 1. 2. disputat. 24. de legib. memb. 2. §. ult.

Nam licet in pœnam amissionis propriorum bonorum non de- 8 beat lex; imò nec secundum Covarr. d. cap. 8. num. 10. vers. secundo
[Uuu] infer-

infertur. Scinancam de Catholic. instit. cap. 46. num. 184. 209. & 233. Lud. Mexiam in pragm. frumen. conclus. 6. num. 134. Azvedum in lib. 2. tit. 1. lib. 2. recop. regul. 10. num. 24. Bannez. 2. 2. quest. 62. art. 3. dub. 2. Ludov. Carbon. de Legib. lib. 8. disput. 9. ad fin. Vegam in Sum. 2. part. cap. 69. casu 2. ad fin. Enriquez. d. cap. 56. §. 2. in Gloss. lit. L. Azor. d. cap. 8. qu. 4. aliosque; possit obligare in conscientia delinquentem, ut sit illius executor contra se ante sententiam; nec enim talis esset tolerabilis & moraliter possibilis; ut requiritur in can. gratem lex. dist. 4. tamen in bonis communibus, qualia sunt beneficia, recte potest obligare delinquentem ad illa dimittenda ante sententiam, cum illa particulariter dependeat ab Ecclesia Lege. Sylvestr. in Summa. verb. Assassinus. num. 4. & verb. Heresi. 1. & verb. pena. num. 24. Soto. de Just. & Jure. lib. 1. quest. 6. art. 6. Gutierrez. canon. Quest. lib. 1. cap. 1. num. 23. & lib. 2. cap. 5. num. 28. Salon. controvers. lib. 1. Molina de Justit. 1. tom. tract. 2. disput. 96. Vivald. in Candelabro Auro. in replanat. constit. Sixti V. Azor. d. loco num. 13. Enriquez. d. cap. 56. §. 2. in princ. cum aliis citat. in Gloss. lit. T.

9 Quod autem per illa verba *Ipsa jure* seu *Ipsa facto* censetur Lex velle obligare in conscientia ab illa dimittenda ante sententiam, cum patet ex ipsa significatione & vi verborum, & ex materia subiecta; tum etiam quia in excommunicationibus, suspensionibus, inhabilitatibus & similibus, ex illis solis verbis censetur Lex obligare ad poenam in conscientia ante sententiam ullam: Ergo similiter in proposito nostro est dicendum, velle per illa verba obligare in conscientia ad poenam amissionis beneficiorum: Si quando addantur verba alia, fit hoc ad majorem declarationem & ex abundantia. Suarez. 5. tom. de censur. disp. 3. sect. 3. num. 8. Lorca d. disputat. 25. num. 1. regul. 1. memb. 2. §. ult. Garcias d. loco à num. 18.

10 Ex dictis infertur *Collegiorum Leges* poenam privationis Collegii *ipso jure* imponentes seu *ipso facto* tale quid facientibus; obligare in conscientia ad poenam etiam ante sententiam. Soto d. lib. 1. Quest. 6. art. 6. Molina d. disput. 96. art. 4. & alii; maxime cum istae Leges in effectu impediunt acquisitionem eorum quae accepturi sunt à Collegio. Arra.

CORVINUS
DE PERSONIS
ET BENEFICIIS ECCLESIASTICIS

G IV
32

Arragon. quest. 11. art. 3. vers. ad aliud. de Legib. Collegior. Garcias d. loco 36. Diff. Gutierr. d. cap. 5. num. 17. Molina d. disput. 96. circa fin.

TITULUS X.

De Criminibus, propter quæ vacant Beneficia.

SUMMARI A.

1. *Continuatio.* Laicis, species est Simonie.
2. *Ipsa jure inducit Beneficii vacationem Simoniam.*
3. *Saltem hodie, ex constitutione Pauli II.*
4. *Pœna Simoniacæ impetrationis quæ.*
5. *Simoniam est triplex.*
6. *Constitutio Pauli recipitur in Reali.*
7. *Non Mentali.*
8. *Omnino Conventionali.*
9. *Dicta obtinent in Simoniacis manifestis; non occultis.*
10. *His indicitur Purgatio Canonica.*
11. *Petitio investitura à*
12. *Circa eam Concilii Parisiensis Constitutio.*
13. *Vacationem Beneficii ipso jure inducit Hæresis.*
14. *Et Apostasia:*
15. *Schisma, sicut Hæresi conjunctum:*
16. *Perduellio.*
17. *Per sententiam Perjurium Judiciale.*
18. *Ut et Falsum commissum in literis Apostolicis:*
19. *Et Sacrilegium.*
20. *Scortatio publica, Con-*

[Uuu] 2 cubi-

*cubinatus, Adulterium, nota iniusta beneficio pri-
Sodomia. vat.*

21. *An homicidium con- 24. Infamiam intellige
troversum. juris.*

22. *Dicimus ipso jure. 25. Privat per senten-
tiam.*

23. *Beneficiatum infamia*

1 **D**ictis præmissis, discurrendum nunc, quæ crimina probatio-
nem & quomodo inducant.

2 Sunt ea varia. Primum est *Simonia*: *Felin. ad c. no-
stra. de rescript. crimen omnium gravissimum: c. tanta
est. 7. c. per tuas. 32. de Simonia. Vide supra lib. 4. tit. 8.*
ut non tantum ob illud privetur Clericus Beneficii per illud adeptus,
sed & aliis legitimè acquisitis. *can. sanè quisquis. 15. qu. 9. c. inquisiti-
nis. de accusation. Papius. tom. 3. Notarior. lib. 2. Petr. Gregor. de benefi-
cap. 26. num. 2.* Quia *Simoniacus* possessionis beneficiorum est inca-
pax; ut infamis: nisi fuerit absolutus, aut cum eo dispensatum. *c. ex
diligenti. 17. & ibi Gloss. ad verb. infamia. de Simonia.*

3 Dicunt quidam Interpretes olim *Simoniacum* non fuisse priva-
tum ipso jure beneficiis, sed sententiam fuisse necessariam; quia in
*can. 3. Presbyteri. 1. qu. 1. & can. de hoc. 11. & c. insinatum. 13. de
Simonia. & c. 2. de concess. prabend.* Pontifices utuntur his verbis futuri
temporis, *deponatur, privetur, amoveas.* Quæ verba alii volunt deno-
tare executionem, & subintelligendam esse privationem ipso jure.
Quicquid sit dubitatio hæc *Pauli II. constitutione in c. cum detestabile.
2. extr. de Simonia.* hodiè est præcisâ; Quæ placuit *Simoniacum* ipso
jure pati omnes poenas, quæ adversus eum canonibus & constitutio-
bus sunt statutz.

4 Beneficia itaque *Simoniacè* impetrata vacant, impetratio est nul-
la, collatio invalida: *d. c. cum detestabile. 2.* Ut neque, inquit, provisi
possint fructus suos facere, sintque ultra excommunicati, nec possunt
absolvi ab excommunicatione ab alio quam Summo Pontifice, nisi in
solo

Corvinus
De Personis
et Benef. Ecclesiast.

G IV

32

solo articulo mortis; & teneantur ad fructuum restitutionem cum periculo animæ suæ perceptorum. Jubetur & in d. c. *infinatum*. 13. ut notoriè diffamatus habuissè simoniacum ingressum, amittat beneficium (id est beneficii possessionem, cum nullum habeat jus.) Nec iuratur præscriptione temporis: per regulam Cancellariæ de *triennali possess.* Quia habet ingressum vitiosum: *can. ordinationes*. 113. *cum can. sunt nonnulli*. 114. I. qu. 1. Cum pacta Simoniaca, imò pretium, favor & obsequium pro beneficio rejiciantur. d. *canonib.* & c. *cum pridem*. & *fin. de pactis. c. constitutus. de transaction.*

Sed cum Simonia sit triplex, *Realis, Mentalis, & Conventionalis*; 5
d. *can. sunt nonnulli*. discutiendum an de omnibus Pauli II. definitio sit recipienda.

Realem (quæ in dando & accipiendo consistit) definitione cano- 6
num & constitutionum recipi, est indubitatum. *Ludovic. Gomez. ad d. regulam de triennali possess. qu. 12.* Verba enim cum effectu intelliguntur. c. *relatum. de Cleric. non residentib.* *Petrus Gregor. d. loco num. 1. Dartis de benef. sect. 11. vers. his tamen.*

Mentalis (quæ citra omnem conventionem expressam vel taci- 7
tam, mente tantum concipitur; ut si quis affectu quodam animi, & ut aucupetur humanum favorem, auferat alicui beneficium; Vel si ambiat beneficium, non ut proficiat in spiritualibus, sed ut bonis abundet temporalibus: sola namque intentio hanc Simoniæ speciem inducit; c. *tua nos*. 34. c. *mandato*. 46. de *Simonia.*) non inducit beneficii privationem, nec ipso jure, nec per sententiam, nec obligat ad restituendum illud quod est acceptum, sive spirituale sit, sive temporale: imò aboletur per solam poenitentiam. d. c. *mandato*. 46. *Petr. Gregor. d. loc. Dartis d. loco.*

Contra est in *Simonia Conventionali*, seu ea quæ fit promissione; 8
in qua tenetur Simoniacus non minus quam in reali ad restitutionem fructuum & beneficii: c. *nobis*. 27. *ead.* & privatur ipso jure, non per sententiam: Cum æquiparentur dare & promittere pro beneficio. *Pa- norm. & Felin. ad d. c. tua nos*. 34. *Duaren. de benef. cap. 6. Petr. Gregor. d. loco. Dartis d. loco, vers. Contra est.* Nec aliter sensit Papa Paulus II.

fi quis commodè & absque cavillatione constitutionis eius verba interpretetur.

Sunt tamen qui contendant de datione tantum, non etiam promissione intelligendam esse constitutionem: *Cassad. decis. 5. Gomel. d. loc. ref. Guiliel. quend. Collectan. in collect. decis. tit. de constit. decis. 5.* quorum rationes levissimas hic referre, non est operæ pretium.

9 Quæ omnia accipienda sunt de Simoniacis manifestis, non occultis; quia Ecclesia non iudicat de occultis. *c. nobis. 27. de Simonia. c. an. Ut Eccles. benefic. sine diminut. confer.* Paria enim sunt secundum iudicium exterius, non esse, vel non apparere. *l. in lege. 77. ff. de contrab. empt. vend.* Ideo Simoniacus eo modo quamdiu occultus est, censetur vel præsumitur habere titulum coloratum, ex communi præsumptione, quod bonus quilibet habeatur, donec de contrario liqueat. *c. fin. de præsumpt.* Suspendus tamen est quod ad se pertinet. *can. 1. & 2. caus. 1. qu. 3.*

10 Laborantibus tamen occultæ Simonix infamia, indicitur purgatio Canonica. *c. de hoc. 11. de Simonia.*

11 Inter Simoniacas provisiones habitum est, à Laicis beneficiorum accipere investituras: Unde Henrici IV. Imperatoris, sibi Beneficiorum investituras vindicantis, tempore, Henriciana dicta est hæresis: *testis Abbas Ursbergensis.* Ob quam, & alia quædam, ipsi ab Electoribus Imperium ademptum, & datum Filio eius Henrico. *Heginoldus in Chronis Sclavorum cap. 32.*

12 Extat & constitutio ex Concilio Parisiensi cap. 8. & in *can. si per ordinationem. 5. sub dist. 63.* ut; *Si quis per ordinationem regiam, honoris, scilicet Episcopalis, culmen pervadere nimia temeritate præsumpsit, à comprovincialibus loci illius Episcopis recipi nullatenus mereatur, quem si debite ordinatum cognoscunt, &c.*

13 Secundum crimen, ob quod Beneficium amittitur non per sententiam; ut putant *Alphons. à Castro lib. 2. de iusta hæretic. punit. cap. 9. Sennancas de Cathol. Instit. cap. 46. num. 72. Zerola in praxi Episcop. 1. part. verb. Privat. princ. & alii.* sed ipso jure est Hæresis: Primo per text. in *c. cum secundum leges. 19. de hæretic.* ubi bona hæreticorum ipso jure confiscantur & eis privantur: Nam verbo *Bonorum*, etiam Ecclesiastica continentur Beneficia. *c. 1. de præbend. & l. Bonorum. ff. de verb. Signif.*

Corvinus
De Personis
et Benef. Ecclesiast.

G IV.
32

Signif. ubi Rebuff. & in praxi tit. de Simonia in resignatione. num. 31. & Quintanaduennas lib. 2. Eccles. cap. 10. num. 93. cum seq. Quamvis enim in beneficiis, cum non sint transitoria ad fiscum, non sit locus confiscationi, est tamen privationi. *Achilles decis. 345. seu 1. de heret. num. 1.* Secundò per text. in *c. ut commissi. 12. §. privandi. de heretic. in 6.* ibi verba; *vel privatos nuntiandi*; sunt accipienda expositivè; id est, privatos nuntiandi. *ut ibi voluit Joan. Andr. Dominic. Francus. Abbas in c. inter dilectos. de excessib. Pralat. num. 11.* Estque hæc sententia communis; *Flam. Paris. lib. 3. de resignat. qu. 1. num. 31. cum seq.* eamque sequuntur plures citati per Garciam, *de benefic. 11. part. cap. 10. num. 1.* Et sic judicatum fuisse refert Papius *Placitorum lib. 3. tit. 6.*

Nec solum ipsi Hæretici sic privantur; sed & Illorum receptatores, fautores, defensores: *d. c. ut commissi. §. privandi.* Sententiam requirit Covarruvius *lib. 2. variar. cap. 8. num. 4. per c. excommunicamus. §. credentes. vers. si verò Clericus. eod.* Rectè secundum jus vetus; Non novum; *in d. §. privandi,* & constitutionem II. Papæ Nicolai III. quæ est in Bullario *tom. 1. fol. 30.* nec non constitutionem 29. Pii V. *incipient. Cum ex Apostolatus.*

Ira & Hæretici credentes, receptatores, defensores & fautores eorum, ipsorumque filii, usque ad generationem secundam, ad ullum Ecclesiasticum beneficium admitti vetantur: quod si fiat, factum declaratur irritum & inane. *c. 2. §. hæretici. de heretic. in 6. d. constitutio Nicolai III. Joan. Andr. in d. c. commissi. & ibi Dominic. d. §. privandi num. 4. & Francus num. 3. Enriqu. & Anania in c. vergentis. de heretic. Lambert. de jure patronat. 1. parte. 2. lib. qu. 9. art. 6.*

Imò & qui ad preces hæreticorum, Dignitates, Personatus, aut alia quæcunque beneficia Ecclesiastica fuerint assequuti, eis ipso jure privantur. *d. c. 2. §. ad hæc. eod. in 6. Præposit. post Dominic. ad can. quo jure. dist. 8. Compostellan. ad c. quod sicut. de election. Felin. ad c. 2. de rescript. Petr. Gregor. d. loc. num. 5.*

Apostatas, (quos ad Clericatum promoveri non posse certum est: *can. fin. dist. 50.*) ipso jure amittere beneficia, concludunt omnes Interpretes. *Dart. d. loc. vers. Apostatam. Rebuff. in praxi. tit. de modis amittendi beneficia. num. 47. Gonzalez. Gloss. 15. num. 66.* Cum & ipsi
Hære-

Hæretici & plus quam Hæretici sint. *Abb. in c. 1. de Apostat. num. 3.*

15 Vulgo similes judicantur Schismatici, quia inter hæresin & schisma parum interest; *can. 26. inter. 24. qu. 3.* Quod verum si sit Schisma cum hæresi; *Rebuff. d. tit. num. 29. Flamin. Paris. lib. 3. de resignat. qu. 1. num. 36.* ceterum si absit hæresis, multum jus expressum, ubi ipso facto priventur beneficiis. In *c. 1. de schismatic. in fin.* pœna tantum suspensionis infertur eis, qui sponte juraverunt se servaturos Schisma. Interdum dubitatur an sint Excommunicati: *Panorm. in Rubrica de Schismate.* Nec excommunicantur in *can. de Liguribus. 23. qu. 4.* Nec in *c. 2. eod.* Nec in *can. nulli. dist. 19.* Et Schismata aliquando magis accedunt ad *ἁγροναγορίας*, quam *ἁιρέσεις*. Illas vocat D. Basilus congregationes, quæ reculantibus Presbyteris, vel Episcopis, vel populis disciplinam non ferentibus fiunt; hæreses verò sunt alienationes à fide, Schismata sunt ob quæstiones Ecclesiasticas, diffidia. *ex Epist. 1. D. Basilii ad Amphilocho. Dartis d. loco, vers. vulgo.*

Sed quicquid sit, jam in Bullæ Coenæ Domini casu primo absolute excommunicantur Schismatici. *Azor. lib. 8. cap. 20. qu. 5. & explicantes Bullam. ibid. Suarez. 5. tom. disput. 21. sect. 2. à num. 12. Garc. de benef. d. p. 11. cap. 10. num. 158.*

16 Ob perduellionis crimen etiam vacant ipso jure Beneficia, absque ulla privatione seu depositione perduellis. *c. felicit. de penis. in 6. Concil. Toletan. citat. apud Burchard. lib. 25. cap. 26. cum seqq.*

Idem cenent de eo qui violentas manus iniecit in Cardinalem, vel alia violenta procuraverit infligi Personis Ecclesiasticis: *d. c. felicit. ult. & Clem. 1. & 2. eod.* Putate in juste. Non si juste, ut se defendendo. *c. significasti. 2. de homicid. c. si verò. 3. de sentent. excommunic.* Permittit enim defensionem Naturale Jus & Lex; *l. ut vim. 4. ff. de Just. & jur. cum simil.* & qui auctoritate Legis facit pœnam non meretur. *can. qui peccat. 23. qu. 4. l. Gracchus Cod. ad Leg. Jul. de Adulter.*

17 Perjurium, puta judiciale; *Staphileus de literis gratia. tit. de variis modis. §. quando quis veniat privand. beneficio. num. 8. Rebuff. in praxi. tit. de pacific. possessorib. num. 268. Bernard. Diaz. in praxi criminali. cap. 92. & ibi Salcedo. Mandos. de signatura gratia. tit. de privatione. vers. impetratur etiam. justa causa est Beneficium auferendi Clericos non ipso jure, ut vult Rebuff. d. loco, num. 269. & in repetit. rubrica*

Corvinus
De Personis
et Benef. Ecclesiasticis

G IV.
32

brica de rescript. num. 1. sed per privationem & depositionem. c. quere- lam. de jurejur. c. per venit. de fidejussor. Innoc. in c. inter dilectos. de excess. sibi. Prælator. Abbas & Felin. in d. c. querelam. & in c. 2. de rescript. & ibi Decius & Ripa. Corras. de benefic. 3. part. cap. ult. num. 11. & 12. Duaren. de benefic. lib. 8. cap. 6. Jul. Clarus lib. 5. recept. sent. §. per jurium.

Falsum commissum in literis Apostolicis privat etiam Beneficiatum suis beneficiis. c. ad falsarium. 7. de crim. falsi. non ipso jure, ut volunt Abb. Anania & alii ibid. Rebuff. d. tit. de mod. amitt. benefic. à num. 43. Garcias d. loco, num. 170. & alii. sed per sententiam: Falsi enim crimen longam exigit indagacionem. Papius 3. som. Notariorum. lib. 2. pag. 91. Petr. Gregor. d. loco, num. 12.

Sacrilegium; cum infamet, can. infames. 6. qu. 1. & promove- ri impediatur; c. venerabilem. vers. nunquid enim. & ibi Gloss. verb. sacrile- gum. de elect. privat etiam Beneficiatum beneficio per sententiam. Rebuff. d. tit. à num. 56. Cum sit delictum grave, & depositione dignum. can. si quis presbyter. dist. 50. Rebuff. de pacific. possessor. num. 248. Bern. Diaz. in praxi crim. cap. 87. num. 2.

Quod ad scortatores publicos, concubinarios, adulteros, & masculu- la Veneri deditos attinet, certum est eos non privari beneficiis ipso jure, sed per sententiam. c. sicut. c. si autem. si cohabitatur. Cleric. & mulier. c. Clerici. c. tanta est. de excessib. Prælator. tot. tit. de Concubinar. in Pragm. Sanct. & tit. de publicis Concubinariis. in Concord. Galliar.

De homicidis vulgo statuunt Doctores, nisi homicidium sit gravissimum, veluti per Assassinos; c. 1. de homicid. in 6. & ibi Dd. Suar. d. tom. 5. disp. 44. sect. 4. Felin. in c. acquisitionis. num. 5. de accusation. Farin. consil. 24. num. 5. aut in Episcopos & Rectores Ecclesiæ: d. c. felici. de pœnis. in 6. c. in quibusdam. eod. Rebuff. d. tit. de modis amitt. benefic. num. 45. Toletus in Summa. edit. noviss. lib. 1. cap. 88. vers. 7. Clem. 1. eod. Molina de justit. tract. 3. disp. 65. num. 7. aut per partitium sit, commissum; Felin. in d. c. inquisitionis. Rebuff. d. tit. num. 47. Corras. de benefic. part. 1. cap. 6. num. 15. non privari homicidam beneficiis ipso jure; sed privandum esse per sententiam: per c. cum non ab homine. 10. de judic. c. Clericis. Ne Clerici vel Monachi. c. ex literis. de excessib. Prælator. c. 1. de Cleric. pugnant. in duello. Capella Tholosana. decis. 208. Bern. Diaz. in praxi crim. canon. cap. 94. & ibi Salzedo. addit. 1. Placa de delict. cap.

cap. 11. num 2. *Clar. recept. sent. §. homicidium. num. 21. Zerola in pract. Episc. 1. parte. verb. privatio. §. 2. Et 2. part. verb. Clericus. §. 6. Toletus d. loc.*

22 Quæ opinio suspecta: Propter d. c. *inquisitionis. 21. pr.* quod dicit homicidium impedire beneficii retentionem etiam post poenitentiam: ibique excipitur homicidium: Et in c. *ult. de tempor. ordinat. & c. nisi. 10. de renunt.* dicitur, non licere post poenitentiam peractam dispensare cum homicida, ut in ordinibus susceptis ministret, aut beneficium retineat; cum tamen in aliis criminibus, adulterii, perjurii & falsi testimonii, ibi contra respondeatur. Unde putarem per homicidium simplex beneficium vacare ipso jure. Ad locos, quibus Interpretum nititur opinio, dupliciter responderi potest: Nempè; *Primo. d. c. cum non ab homin. e. s. literis. d. c. 1. de Clericis.* quandoque de facto deponi eos qui ipso jure depositi sunt, non expectata sententia. *Secundo;* Aliud esse, cum datur indirectè consilium cadis perpetranda, vel cum iudicium sanguinis peragitur ab Ecclesiasticis personis, aut ab eis pugnatur in duello, homicidio non sequuto: aliud cum homicidium reipsa & de facto ipso perpetratur à Clerico: ut illis casibus cum illo dispensari possit facilius, hoc verò difficilius. *d. c. 1. de Cleric. pugn. in duello.* Nisi illis casibus Assassinis tale consilium dederint, aut eos receperint: *d. c. 1. de homicid. in 6.* vel nisi ipsi Patroni occiderint suos Clericos, vel occidi curaverint: & ira hæc duo capita definiunt quidem, tali homicidio, sicut omni, beneficium amitti, & insuper addunt homicidio non sequuto amitti beneficium, eo per se vel per alium procurato, & multo magis sequuto. *Dartis d. loc. vers. secundo.*

Imo dicta communis Doctorum opinio, post Concilium Tridentinum. *sess. 14. de reformat. cap. 7.* hodie neque in foro interno, neque in foro externo procedit. *sec. Mayol. de irregular. lib. 5. cap. 48.*

23 Præter crimina, quæ jam recensuimus, generaliter est dicendum, si quid gravius admisserit Beneficiarius, aut si quæ infamia nota eidem sit in iure, eum privandum esse beneficio: Non enim omnia crimina certa comprehenduntur definitione: Sed prudentis iudicis est, in his quæ expressis videntur similia eandem sequi regulam. *Abbas in c. & si Clerici. 9. de iudic. Duaren. d. loco. vers. præterea. Dartis d. loco. vers. ult.*

24 Quod de infamia diximus, accipiendum est de ea, quæ iure ac legibus irrogatur; non de ea quæ ab hominum proficitur opinione. *Abbas in c. per inquisitionem. de elect.*

25 Præterea ob infamiam iuris non vacat beneficium ipso jure, sed privatione ac depositione opus est. *not. in c. querelam. de jur. jur. Quamvis in muneribus dignitatibusque profanis & civilibus sit aliud constitutum. l. 2. §. miles. ff. de his qui notant. infam. 1. infamia. 8. Cod. de decurionib.*

CORVINUS
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.

32